

qua Objecta spectata sua indole ad complures Rubricas divisa commemorbris Deputationis pro elaboratione ac collectione consignata exstiterunt, cum eo referentes, quod, dum aliquod eorundem Operatum paratum fuerit tale SS. et OO. Regnorum horum immediate praesentandum sit, — eadem Acta Regnicolaris Deputationis pro statu notitiae assumpta sunt.

Sequuntur Regnicolaris Deputationis in merito erruendorum Jurium et Statutorum municipalium acta.

Excellentissime ac Illustrissime Domine Officii Banalis Regie Locumtenens!

Excelsi Proceres! Inclyti Domini Status et Ordines!

Posteaquam ego humillime infrasertus in sequellam gratiosarum Excellentiae Vestrae sub dato 20. Aprilis a. p. 1846. ad me directarum Litterarum in Praesidem Deputationis Regnicolaris Deductiones Materialium in Objectis Regnicolaribus, quarum systematica Elaboratio necessaria est, relate ad Municipalem consistentiam Regnorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae parandas, pro objecto habentis, ac e Generali Regnorum horum Congregatione 4. et sequentibus Mensis Augusti 1836. celebrata, originem summentis, — Illustrissimo Domino Comite et Camerario Regio Joanne seniore Drašković ob fractas Corporis vires et ingravescentem aetatem Praesidium hocce deprecante — gratiose denominatus exstitissem — et in locum Illustrissimi Domini Comitis Joannis Drašković, Dominus Joannes Raizner Inclytae Tabulae Regnorum horum Judicariae Notarius, in locum vero denati Domini Lazari Praunsperger, Dominus Franciscus Žigrović, Ord. Notarius Comitatus Crisiensis, — tandem in Subsidium Domino Josepho Štajdacher, Dominus Civitatis Varasdinensis Judex Franciscus Rizman in Commembra Deputationis hujus per altefatam Excellentiam Vestram mediantibus alterius Ordinis sub dato 9. Augusti a. c. 1847. ad me exaratis Litteris Eidem Deputationi adiecti exstitissent, — in Regnicolari Deputatione 29. et sequentibus Mensium Augusti et Septembris a. c. 1847. diebus, sub Praesidio meo servata, universa Acta prae manibus praeaudati praeexistentis Praesidis Illustrissimi quippe Domini Comitis Joannis Drašković, conservata, medio Mandatarii ejus Domini Aloysii Frigan praesente Domino Regni Archivario resignata, ac Meritum Substratum Regnicolaris Deputationis hujus constituens continuative in pertractationem assumptum exstitit, cujus Deputationis Regnicolaris Protocollum Excellentiae Vestrae, Excelsis item Proceribus, Inclytis Statibus et Ordinibus hisce sub % in authentica Copia praesento.

Qui in reliquo gratiosis favoribus devotus, distincta cum Veneratione maneo.

Excellentiae Vestrae.

Excelsorum item Procerum.

Inclytorum demum DD. Statuum et Ordinum.

Signatum Zagrabiae die 26. Octobris 1847.

Humillimus Servus

Hermannus Busa

Regnicolaris Deputationis Archyvalis Praeses.

Anno Domini Millesimo Octingentesimo Quadragesimo Septimo. Die vero 29. et sequentibus Mensium Augusti et Septembris Zagrabiae in Domo Regnicolari sub Praesidio Illustrissimi Domini Hermann